



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Henricus Mors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

gendis in culina lancibus ;  
eiusdem festa verò etiam in-  
flictis dorso verberibus pri-  
diè in triclinio, eelebrabat.  
Cùm studeret necdum Sa-  
cerdos , bis quothebdoma-  
dis ad Angelorum epulum  
accedebat , duas horas dans  
gratijs inter dulces lachry-  
mas peragendis . Extremò,  
cum P. Julio (ita vti prædi-  
xerat) sagittis venenatis cō-  
fixus est , quarum prima sta-  
tim brachium illius corpori  
affixit; reliquæ illum penitus  
confecere .

Euchar.

P. Henricus Mors.

Societatem Romæ impe-  
tratam, in Anglia ingressus ,  
tirocinium in carcere Neo-  
castri posuit triennio, statim  
captus atque istuc appulsus  
est. Ibi quidam de Societate  
illi locius carceris fuit , ma-

Anglus .  
Londini .  
1. Febr.  
1645.  
Soc. 20.

B 4 gi-

Fidēi.

gisterque virtutis. Årumq[ue] carceris effecere, vt mors non minus in grandi macie quâ torridus rigebat, quam in illius nomine reluceret. Aiunt, vix ullum reorum ex illo carcere ductum fuisse ad mortem, quem Henricus non prius addixerit Catholice veritati. In exilium amandatus, in Vyatenēsi domo vixit inter Nouitios; quorum deinde magistrum egit, magno disciplinæ studio, quia pari exemplo. Non vnâ amandatione à patria exulauit. Ultimum tandem cō redux, de Sacerdotio dānatus est. Mirus ad moriturum affluxus: & ipse yltimis viribus fatagebat pro salute consulentium, contentiumque peccata. Post noctem insomnem, i. Februarij

rij horâ 4. manè facris vltimûm operatus, pro Anglia  
confuetas B. V. Lauretanæ,  
ac Sanctorum omnium Litanias recitauit. Ab his, de  
SSS. TRINITATE sacrificauit, votuo sacro; ut gratias ei redderet pro morte,  
quam adibat. Mox horæ canonicæ dictæ, ac vale socijs; à quibus in secreto cubulo cum alio de Societate se abdens, totâ quantâ potuit virium contentionem  
se in nobilissimos virtutum excelsarum actus pectore liberè in Deum exorrecto explicuit, usque dum felicinūcio accerseretur ad mortem. quo accepto, exquisitis verbis gratias Dco teneras reddidit, seque obtulit invictimam. Altero Patre, ve  
in IESV, MARIÆ, ac San-

B. V.  
Zelus.

Morris  
apparat.

etorum omnium expectantium amplexus porrò iret perquisitè hortante, exarsit, succlamauitque flagranter Henricus: *Veni, mi I E S V dulcissime!* ut deuinctus tibi, à te nulla aeternitate auellar! *Venite, vincula, crates, tormenta, laniena mortis, venite!* *I E S V amore placetis.* Ita Mors mortem optauit ut superaret. Raptatus ad suspendium, egregiè ad populum perorauit. Deinde versâ ad SSS. Trinitatem oratione, actus amoris Dei, & contritionis conceptis verbis, edidit. Particulatim se de irâ, & de attentionis imprecibus negligentiam in eodoloris actu accusauit palam: postremò; *In manus tuas Domine, commendō spiritum meum;* dixit: pectus in signū ani-

*Confessio.*

animi de peccatis dolentis  
percussit, simulque ex mu-  
tua pactione à Sacerdote  
turbæ permisso à peccatis  
absolutus, simul subducto  
carro pependit, & mox qua-  
drifariam in partes carnifi-  
catus est.

P. Ludouicus Quiros.

Duri ad salutis mysteria *Lusitanas.*  
Floridani, libenter quidem *in Florida.*  
audiebant quām impensè *3. Febr.* 1571.  
amaret, ac beneficijs orna-  
ret bonos Deus; at de sup-  
plicijs eternis nihil ad aures  
admittebant, dæmonem iu-  
uenum Deum esse dicentes. *Deus iu-*  
Hos dum quā potest excolit *uenum*  
Ludouicus cum socijs, & *apud Flo-*  
Ludouicum quendam perfidum Neophytum à perfidia  
conatur ad Christi sacra re-  
ducere; ab eodem bona ver-  
ba accipit, quippe qui se *Fides,*

B 6 om-